



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvirgensis

Continens Primordia Christianæ Religionis Per Boiariam Et Loca quædam vicina; Catalogum videlicet & ordinariam successionem Archiepiscoporum Salisburgensium, & Coëpiscoporum, Frisingensium, Ratisponensium, Patauiensium, ac Brixinensium

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

De Collavdatione Qvam Episcopi Et Abbates in Baioaria inter se fecerunt, pro defunctis fratribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13553

VII. De eo, ut nullus hæreditate sua priuetur, nisi per tres causas, * quas in pacto scribentur; propter homicidium, hoc est, ut quisquis hominem principis sibi dilectum occiderit, ob iniuriam Principis, & ad calumniam, hominem componat secundum legem, tunc priuetur hæreditate sua.

VIII. De eo, quisquis * mulierem nobilem acceperit in coniugium, & non præsciuit, ita constituit, ut iterum libera esset dimittat seruum, & postea non redigatur in seruitium, sed esset libera.

IX. De eo, quod & si quis de quocunque reatu accusatus ab aliquo, potestatem accipiat cum accusatore suo pacificare si voluerit, antequam pugnam quam Wehadinc vocatur, permittat.

X. De eo, quisquis de nobili genere deprehensus fuerit de illis * IV. causis, * de qua supra diximus: si ille hæreditate sua portionem pro illius criminis reatu perdat, vxor autem illius suo iure non priuetur, ita constituit.

DE COLLAVDATIONE QVAM EPISCOPI ET AB- bates in Baioaria inter se fecerunt, pro defunctis fratribus.

IN Christi nomine. Noticia, qualem convenientiam gentis Baioariorum Episcopi & Abbates inter se fecerunt, quorum nomina infra perarare stylo de-creuimus, id est, Manno Nuuenpurgensis ciuitatis Episcopus, Alim, Vigilius, Wiserich, Sintpreht, Heres Episcopi, Oportunus, Wolfpreht, Adalpreht, Ato, Vto, Lantfrit, Albune, Ruothart, Ernest, Reginpreht, Volchanhart, Perhhoch, Sigido Abbates. Vteorum quis de hac luce migraret, vnusquisque superstitum Episcoporum vel Abbatum pro defuncto in domo sua Episcopali vel cænobio, C. missas speciales & eodem numero * psalterio cantare faciat. Ipse verò de propria persona sua XXX. speciales missas compleat, vel à religiosis sibi met subiectis, implere omninò prænotatum faciat numerum presbyteris siue monachis, cum de hoc seculo migrauerint Episcopus seu Abbas vno presbytero vel vno monacho XXX. missas speciales, totidem psalteria faciant celebrari.

DE CONCILIO, QVOD DVX TASSILO, APVD Dingoluingam celebravit.

REGNANTE in perpetuum domino nostro IESV Christo, in anno vero XXXII. regni religiosissimi Ducis Tassilonis gentis Baioariorum sub die * consulens, quod erat II. Id. Octobr. atque anno ab incarnatione Dominica DCCLXXII. Indiæ. X. diuina præfatus inspiratione, ut omne regni sui prænotatus Princeps collegium procerum coadunaret, in villam publicam Dingoluingam nuncupatam, ut ibidem tam regulare moderaret in sancto habitu cænobium virorum & puellarum, quam Episcopales moderaretur obsequias, insuper gentis suæ institutiones legum per primatos * imperitos vniuersa consentiente multitudine, quæ reperit * diuturna vitata, & quæ videbantur abstrahendo euellere, & quæ decretis placerent, componenda instituerentur. Inter tot verò collegia Sacerdotum deuolutis Episcoporum & Abbatum in præsentia paginis, regularis ordines vitæ atque Canonum normas, vel decreta patrum, nullis comprobare quiverant testimonijs, ut monachis parochiæ commendari deberent, vel publica baptismatis obsequia, nisi fortè pro periculo mortis, & nihil eorum implerent commorandi negotio, excepto * vicissitudi-
nis

* I. psalteria.

* An. Cal. listi. incidit. annis prid. Id. Octobr.

* I. imperitos. duntaxat. nitate.

est.